



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sancti Gregorii Papæ Primi Cognomento Magni Opera

In Tres Tomos Distributa. Ex quamplurimis MSS. Codicibus emendata ;
Additæ Sunt Quædam Notæ in Dialogos & Epistolas ejusdem S. Gregorii

Gregor <I., Papst>

Lutetia Parisiorum, 1675

Præfatiuncvla In Epistolas Beati Pavli Apostoli.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-75090)

PRÆFATIVNCVLA IN EPISTOLAS

BEATI PAULI APOSTOLI

PAVLVS Apostolus quamvis Epistolas quindecim scripserit, sancta ta-
men Ecclesia non amplius, quàm quatuordecim recipit: qui profectò nu-
merus ex perfectis duobus numeris, denario videlicet & quaternario con-
sistit. Denarius quippe numerus in eo perfectus est; quia lex in decem præceptis con-
cluditur: omnisque culpa non amplius, quàm per decem verba cohibetur: &, enar-
rante Veritate, operatores vineæ denario remunerantur. Quaternarius verò nume-
rus in eo maximè perfectus esse dignoscitur, quoniam omnis bona & perfecta ope-
ratio per quatuor sancti Evangelij Libros agnoscitur. Rectè ergo sancta Ecclesia
Testamentum utrumque custodiens, & tam secundum legis Decalogum, quàm se-
cundum quatuor Evangelij libros vivendo, ad perfectionis se culmen extendens,
de Epistolis beati Pauli Apostoli non amplius, quàm quatuordecim tenet: ut etiam
ex ipso Epistolarum numero ostenderet, quòd Doctor egregius, Legis, & Evange-
lij secreta rimasset.

In ekpof. B.
Iob. l. 35. c.
12. sub mit.
egc. 15. item
sub mit. egc.
3. in exp. l. 1.
Reg. c. 5.
sub mit.
Matc. 20.

INCIPIVNT CAPITVLA DE EPISTOLA

B. PAULI APOSTOLI AD ROMANOS.

- | | |
|--|---|
| 1 Cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt. | 19 Quos præscivit & prædestinavit. |
| 2 Nam femina eorum immutaverunt naturalem usum. | 20 Qui etiam interpellat pro nobis. |
| 3 Ignoras, quoniam benignitas Dei ad penitentiam te adducit? | 21 Certus sum, quia neque mors, neque vita, neque creatura alia poterit nos separare. |
| 4 Qui reddet unicuique secundum opera ejus. | 22 Christus, qui est super omnia, Deus benedictus. |
| 5 Ut sit ipse justus, & justificans. | 23 O homo tu quis es, qui respondeas Deo? |
| 6 Christus resurgens ex mortuis, jam non moritur. | 24 Finis legis Christus ad justitiam omni credenti. |
| 7 Quod autem mortuus est peccato, mortuus est semel. | 25 Cæcitas ex parte contigit in Israël. |
| 8 Non regnet peccatum in vestro mortali corpore. | 26 Concludit Deus omnia in incredulitate. |
| 9 Humanum dico propter infirmitatem carnis vestra. | 27 Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. |
| 10 Velle adjacet mihi, perficere autem bonum non invenio. | 28 Obsecro, vos fratres, per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam. |
| 11 Video aliam legem in membris meis. | 29 Non plus sapere, quàm oportet sapere. |
| 12 Vos autem non estis in carne, sed in spiritu. | 30 Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. |
| 13 Si quis spiritum Christi non habet, hic non est ejus. | 31 Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus pacem habentes. |
| 14 Non accepistis spiritum servitutis. | 32 Vis non timere potestatem? bonum fac, & habebis laudem ex illa. |
| 15 Non sunt condigna passionis hujus temporis. | 33 Nox præcessit, dies autem appropinquavit. |
| 16 Vanitati creatura subiecta est. | 34 Carnis curam ne feceritis in desideriis. |
| 17 Ipsa creatura liberabitur. | 35 Item unde supra. |
| 18 Ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus. | 36 Alius judicat diem inter diem, &c. |
| | 37 Gentes super misericordia honorare Deum. |
| | 38 Volo vos sapientes esse in bono. |